



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Annales Ecclesiastici**

Jncipiens ab Anno Redemptoris DCC.XIV. perducitur vsq[ue] ad Annum DCCC.XLII. quo & orta hoc sæculo in Oriente, debellata est penitus Iconoclastia; vt planè qui Tomum hunc Panopliam dixerit aduersus impios Iconoclastas, veritatis scopum attinget, Continet annos C.XXVIII.

**Baronio, Cesare**

**Coloniæ Agrippinæ, 1624**

Iesv Christi Annus 771. Stephan. Pap. IV. Annus 4. Const. Copron. Imp.  
Annus 31.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15233**

Imperabat tunc Mauris Abderhamanus omnium felicissimus, tradit praterea Tudenis, huius Regis Aurelij & illud periniquum decretum, nempe, vt nobiles Hispani nulliter matrimonio iungerentur cum Sarraenis.

Quod vero ad res pertinet Orientales, illic magis magisque persecutio recrudescit, tantum abest, vt rex Iheris Stephani Komani Pontificis Constantinus Imperator ad meliorem frogem conuersus sit. Qualem in Constantinopoli monachos omnes quos reperit ludibrio affectos male perdiditidem in prouincijs agi curauit per eorumdem rectores prouinciarum, nam audi quid Ephesi actum sit, memorandum turpitudinis, atque crudelitatis exemplum. Theophanes enim ait: Eodem vero anno regimine Imperij Constantini imitari Lachauda ac Praefectus magistram suum, inuenit monachum & monacham in themate Thracienfium commorantes apud Ephesum congregauit, & eduxit eos in campum & ait: Qui vult Imperatori ac nobis obedire, alij induatur vestis, & vxorem hac sumat horam; at qui hoc facere parumpendunt, priuati luminibus in Cyprum exilio damnabuntur. Idem, & pu pariter cum verbo consummatum est & multi offensus sunt Martire. Multi vero deficientes & emenati perierunt quos & familiariter sibi Draca faciebat. hac Theophanes. Porro eadem persecutio haud vnus anni periodo clausa finem accepit, sed magis magisque saeuit vsque ad obitum ipsius Constantini Copronymi, vt quae inferius dicitur sumus ostendunt.

In tanto monastice ordinis in Oriente naufragio, vix aliquis remansit monachus, qui ab eodem non fuerit addictus supplicio; alij qui subterraneis latebris quarantantes ab hominum oculis penitus se subdulerint. Fuit inter alios sanctus Plato Abbas monachorum montis Olympi; qui ad hoc saluatus, vt post procellas posset esse alij causa salutis, eius res gestas Theodorus Studita concipit, dicitur sumus de ipso inferius suo loco.

IESV CHRISTI

Annus 771.

STEPHAN. PAP. IV. CONST. COPRON. IMP. Annus 4. Annus 31.

SEQUITUR ordine temporis septingentesimus septuagesimus primus annus Redemptoris, Indictione nona, quo cepta semel in Oriente aduersus monachos persecutio per Constantinum Imperatorem maioribus augmentis laeuit non in ipsos tantum, sed in eorum domicilia, de quibus omnibus hoc anno habet ista Theophanes: Eodem quoque anno trigesimo primo Imperij Constantini, misit Praefectus Thracienfium Lachauda ac Leone Notario suo, & Leone ex monacho, vt mandabat omnia monasteria virorum ac mulierum, & omnia vasa sacra, & libros, & pecora, quae patrimonij eorum erant, & horum pretia Principi detulit. Quos quos antea monachos & paternos libros, in quibus vita erat sanctiorum Patrum, reperit, igne combussit: & sibi ipsorum hoc est, venerandas reliquias sancti cuiusquam habens apparuisse, ad custodiam & hoc quoque, nihilominus igni tradidit; eam vero quae habebat illud, vt in pie agentem penebat. Et multos quidem monachorum interfecit verberibus, quosdam etiam gladio trucidauit.

Prater ea inuenerit ab eis oculorum visum priuauit, & quorundam quidem barbas ceris & oleo perungens succendebat igne, & ita tam facies eorum, quam capita cremabat. Porro post alios cruciatum etiam exilij destinabat: & postremo in toto themate, hoc est, prouincia sibi subiecta non deseruit hominem vnum monastico schemate amictum. Quod cum didicisset Imperator, horum semper excusum habens scripta et gratias, dicens: inueni hominem sanctum, cor meum, quia factus omnes voluntates meas. Hinc ergo imitantes ceteri similia perpetrabant: hac Theophanes.

Quod ad res Occidentalis Ecclesiae pertinet, hoc anno Carolus Magnus vxorem quam duxerat, Bertam filiam Desiderij Regis Longobardorum repudians, eam misit ad patrem, soluens se nexibus contracti coniugij. In Francorum enim Annalibus ita ista hoc anno scribuntur: Hoc anno etiam dominus Carolus Rex repudiavit filiam

XXIII. PERSECUTIO IN MONACHOS RECAVDES-CIT.

DIEA PERSECUTIO AVGETUR IN MONACHOS.

Ann. lib. 4. c. 68. 69.

Dofberg



